

ADDITIONES.

a ficientiam potest reprobari, vide ff. de mun. & ho. l. vt gradati. §. reprobari. Opp. secundo q̄ renūciatio teneat. sup.
 b c. quod in dubiis. Sol. dicit gl. q̄ quo ad præiudiciū superioris, ex quo non est facta in manibus superioris, & dicit gl. q̄ ille superior potest cessionē admittere, qui potest confirmare. xviii. q. ii. c. Abbas. dictum fuit. sup. e. in c. quod in dubiis, q̄ ad illum ad quem destitutio, spectat & institutio, & per hoc subiungit in fine q̄ non tenetur ex isto capite cedere, quia renūciavit, sed potius propter insufficientiam, quasi innuat q̄ poterat compelli ad cedendum propter insufficientiam per istos delegatos, quod aliqui Doctores hic negant, dicentes q̄ in casu capituli non potest compelli ad cessionem iste Abbas, tamen ipse potest admitti, si voluerit sponte renunciare. Dicit Host. q̄ q̄ vigore rescripti, per quod committitur ei certum monasterium, nō potest, tamen de iure communi poterit compelli ad cedendum. potest dici q̄ ideo i casu isto debeat dici q̄ admittitur a volente non ab inuito, quia si voluisset papa istum priuare cessionem, nō habebat nisi cessionem iam per ipsum factā approbare, cum tenuisset ad præiudiciū ipsius, & si non mandasset ipsum restituere, quod tamen facit. & sic per hoc denotatur q̄ non fuit intentio papæ istum abbatem inuito priuare, non tamen insufficientia scientiæ repellat abbatem, dic q̄ non, vt dictum fuit in c. nisi. §. pro defectu quoq; scientiæ, sup. eo. Opp. q̄ alius quam papa de exempto licentiam cedendi, de elec. c. si Abbatem, lib. vi. dic quod & legatiam dat, vt ibi. † Quæro an monachus de licentia solius Abbatis possit ad aliud monasterium transire? videtur q̄ sic, de reg. c. licet. xix. q. iii. c. statuiimus, quia soli Abbati facit obedientiam. xii. q. i. c. non dicatis. dic q̄ si transit ad strictiorē, potest de licentia Abbatis, quinimo ea petita & non obtenta, vt d. c. licet. si transit ad parē, vel minore, exigitur dispensatio episcopi, de regula. significatum. exigitur etiam utroque casu consensus conuentus, quod tutius est secundum Inno. ar. 63. di. c. ii. quinimo & consensus episcopi secundum aliquos. xvi. q. i. c. q. vere, prout dictum est consensus episcopi requirendum, dicit Innocentius. hoc esse verum quo ad ordines non recipiendos ab alieno episcopo, nisi prius fiat monachus monasterii arctioris illi subiecti. No. ergo, q̄ vbi transit ad arctiorem, sufficit licentia Abbatis, q̄ ad monasterium eiusdem diocesis, si diuersa, exigitur etiā consensus episcopi, si paris, & in diuersa diocesi, tortius, si paris & in eadem, adhuc exigitur consensus episcopi ad solū transitum iustificandum. si inferioris, gl. de præben. c. singula, q̄ exigitur licentia papæ. hæc glo. procedit quando tractatur de committenda gubernatione monacho diuersi monasterii, & sic casus est diuersus & cōtrarius. vnde dictum In. satis potest procedere. Inno. dicit hic. & in c. significatum, q̄ sufficit consensus episcopi. & idem Arch. de ele. c. nullus. li. vi. vide remissive ad Spe. in d. c. significatum. primā opi. pu. to veram, quando sine causa vult transire, & secunda quando cum causa, quo casu sufficit episcopi dispensatio. † Quæro an licentiam sic indifferenter debeat dare abbas transiendi ad arctiorem? dic q̄ non, nisi sit certificatus de religione & q̄ illi velint eum recipere, & monachus aliter recedens, fugitiuus est & apostata, cum non sit in alicuius obedientia, nisi forsan hic daretur licentia q̄ sub obedientia vadat & q̄ rat locum arctiorem, sed non consulte facit Abbas, nisi forte faciat, vt peius euitet, quia de facto recedit illicitatus non data licentia secundum Inno. & vide de iureiu. c. sicut. & inf. Quæro de presbytero ab Abbate præsentato, tamen per episcopum instituto, in cuius manibus renūciabit? dic in manibus episcopi de consensu abbatis, de præben. in c. Lateranen. de of. arch. c. ad hæc. S. fi. & si renūciat in manibus Abbatis, quo ad temporalia tantum, & in manibus episcopi quo ad spiritualia, non valet talis renūciatio, cum hæc sint ita iuncta, quod vnum non potest esse sine alio. i. q. iii. si quis obiecerit. Hostien. dicit q̄ propter renūciationem in manibus abbatis factam episcopus posset illum remouere, ad hoc quod no. sup. e. c. quod in dubiis. † Quæro an legatus poterit huic dare licentiam cedendi? dic quod sic, de elec. si Abbate, lib. vi. Licet Host. hic contra, & male. Per hanc decretalem determinauit olim Archi. quod si abbas cessit non in manibus superioris, & superior postea cessionem ratam non habet, potest petere a monachis, vt obedientiam de nouo promittant, & sic possessionem recuperat, quam perdidisse videbatur, ad idem. sup. c. proximi. vi. q. iii. c. denique, in fi. xvi. q. ii. c. d.

a ¶ Reprobari. Adde Old. conf. xviii.

¶ Adde Bar. & Reb. in l. G. ammaticos, C. de profess. & medi. li. x. Fel. latusi me in c. a. literis, col. iii. uerfi & adde, Bar. sup. de constit. imo potest degradari ueluti miles, & clericus, vt no. Idem Bar. in l. ii. §. ignominia causa, fi. de inf. & adde quod talis ita Doctorum priuatus non potest iterum Doctorari, no. Bal. in l. iii. C. de libe. & eorum libe.

¶ Ad hanc materiam an Doctor approbatus semel, possit improbari propter insufficientiam dicas primo quod in promouendis ad Doctoratū requiritur trina examinatio secundum Archi. in c. de quibusdam. xxxvii. dif. & q̄ requiruntur, ut quis possit effici Doctor, uide per D. Car. in proce. cle. post gl. in ver. Doctoribus, in proce. vi. Adde etiam q̄ Doctor. qui legit per ann. xx. in studio generali, dicitur esse illustris, & ex tali lectura efficitur Comes vt est tex. in l. i. C. de profes. qui in vrbe constantino. l. xii. & habetur per Bar. in l. Alexandrinis principalib. C. de decurio. li. x. & an possint reprobari propter insufficientiam, dicas quod Doct. qui non sunt utiles in legendo studetibus bene possunt reprobari i. remoueri ab officio legendi, & ita procedit quæ habentur & no. in l. Grammaticos, C. de profes. & medi. hic alle. in apo. non tamen potest reprobari, ita vt insignia Doctoratus ei auferantur, licet forsan propter aliquod grauissimum crimen propter exautorari, sicut dicitur in clerico degradando, qui propter atrocitatem criminis, & incorrigibilitatem degradatur secundum formam c. degradatio, de pen. in vi. & tractatur curia seculari, vt in c. cum non ab homine, de iu. & in cap. perpendimus, de sen. excom. de qua materia Doctoris semel approbati, an possit reprobari, uide per glo. in c. cum secundum, de præb. & quæ no. per Archi. in præl. c. de quibusdam. xxxvii. di. & uide no. per Doc. in d. c. de illis, de desp. impu. Et adde, quod nemo debet assumi ad Doctoratum, nisi certo tempore studuerit, ut per Bar. in l. petitiones, & in l. iubemus, vbi declarat, q̄ sint propria requisita. C. de adu. diuer. iud. & quæ sint insignia Doctorum, uide per glo. in cle. ii. de mag. in uer. insignis. Et adde quod licet Doctor non habeat necesse semper uti in insignibus Doctorum, potest tamen illis uti, si uult etiam in præsentia principis, ut no. Bar. in l. i. C. de bo. ua. l. xi. imo qui gerit se pro Doct. & utitur insignis Doctorum, cum non sit Doctor, tenetur poena falsi, eos. in fi. ff. de fall. & uice per Bar. in l. reddatur, C. de profes. & me. li. x. Et adde etiam quod quis non potest esse bonus Doctor, qui in tenentia arate non coepit addicere, ut est glo. in l. i. C. de athle. lib. x. & quæ sunt priuilegia Doctorum uide per Ioan. An. in reg. cum quid, de re. iudi. vi. & in præl. cle. ii. de magist. Ant. Fran.

b ¶ Quo ad se. Vide Alex. in l. postquam ludi, ubi etiam do. Iaf. C. de pactis, col. i. Seb. Sap.

c ¶ Solius Abbatis. Adde Ro. conf. cccxi.

De supplen. negli. praela. Rub.

Viso de modis, quibus prælati assumuntur, quia sæpe in prælaturis res perfunctorie aguntur. xl. dist. cap. ante omnia, & quod negligitur supplendum est, quod amittitur, seu omittitur, restaurandum, ideo & c. secundum Goff. vel quia vacat ecclesia nedum per cessionem, sed etiam per nimiam remissionem, de transla. præla. cap. inter corporalia, uerfi. sed neque. ideo & c. secundum Host. de materia. 86. dist. ii. q. vii. c. negligere. xi. q. iii. c. cum simus, & repetitur in sexto, & cle.

SUMMARIUM

i Monitio quantumcumque extraiudicialis debet esse trina, quando requiritur superior de conuincenda eius negligentia. Benedictio quem effectum habet in personam Abbatis.

CAP. PRIMVM.



Statuimus. Si diocesanus requiritur benedicere non lit Cistercien. Abbatem, ipse monachos proprios benedicere poterit. h. d. Casus lit. Cistercien. aliquando remouet abbates a monasteriis suis, vel moriuntur, & alios in locum eorum substituunt. episcopi dioc. nolunt benedicere Abbates substitutos. statuit papa hic, q̄ si episcopus tertio requisitus eos benedicere renuerit, liceat ipsis abbatibus proprios monachos benedicere, & alia exercere, q̄ ad eorum officium pertinet, donec episcopi illos benedicant. B. No. q̄ licet inferiori parem nō possit citare, quia citatio pendet a superiore, tamen potest requirere in his ad quæ ex officio tenetur, ad hoc gl. i. de offi. leg. c. cum cā. † Not. casum, in quo monitio quantumcumque extraiudicialis dēt esse trina, quando requiritur superior de conuincenda eius negligentia. Et no. q̄ requiritur de superiore potest fieri per inferiorem & subiectum, & sic nō exigit superioritatem. Et no. qualis dēt esse req̄ sit inferioris de superiori, quia debet esse cum humilitate & deuotione. † No. iii. qd̄ abbas ante benedictionē non recipit potestatem spiritualem, & facultatem benedicendi monachos, quod operatur

ADDITIONES.

a ¶ Trina. Adde Ro. conf. xxxvii.

b ¶ Benedictio. Adde Ol. conf. xiiii. & ibi late uide de benedictione Abb.